Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



intentione diutius ualet ꝯsistere. Heu miserrime
miserum. Ita quippe ē. non ē simulatio. ita ē. Quis ḡ
subueniet misero. q̄ nec ualet exhibere t̄bulati
uocē. nec dolentis m̄tē. O magne petre si clamor
t̄bulationis meę n̄ ascendit usq; ad te. respect⁹ tuę
pietatis descendat usq; ad me. dirumpat duriciā
meam. scindat tenebras meas. circumspiciat erūnas
meas. Respice benigne pastor. cōmisi t̄ gregis ouē.
& miserare miserabilit̄ laborantē. & non q̄ntū sua
exigunt. s; quantū ꝑmittunt orantē. Ecce enī ante
fidelem pastorem iacet & gemit. morbida ouis. co
ram dn̄o pastoris & ouis. fugitiua redit. erroris &
inobedientię ueniā petit. Pio & medico pastori.
morsus lupoꝝ & scissuras uulnerū quę errando
incurrit. & ulcera quę longa incuria nut̄uit re
leuat. & misereri s̄ dū adhuc sp̄m trahit. plus mi
seriā suā coram misericorde pastore expandendo
quam obsecrando exorat. Pastor bone petre ne sis ex
oratu difficilis. ne auertas misericordes oculos.
Respice dep̄cor. ne abicias penitentē. ne differas ex
audire supplicantē. Quia enī fastidiuit salutife